



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Prima Scribendi Origine Et Vniversa Rei Literariæ Antiqvitate

Hugo, Hermann

Antverpiæ, 1617

Cap. XIX. Quæ alia Notarum genera? ac primò, de seruilibus. De Notis, insignibus nobilitatis apud varias gentes; cur stigmata dicta notæ Threiciæ, puncta, signa focorum aut fugarum? Serui σιγματία, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71265](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71265)

interpretatus, vt singula verba singulas obseruarent orationis sententias. Magistri ergo & Diuinarum literarum interpretes genus inde interpretandi nouum inuenerunt, quod Cabbalisticam appellarunt; quâ non tantùm sententias & integras Scriptura diuina orationes explanant, sed etiam syllabas, & singulas quasque literas separatim expendentes, quasi lateat in singulis aliquid mysterij, excutiunt, &c. & coniectura est, hinc à Iudæis manasse rationem hac methodo non interpretandi tantùm, sed & scribendi.

Igitur pro veriori hanc sententiam amplectemur, donec à quopiam certiùs refutetur. neque enim contigit mihi hucusque videre Octavianum Ferrarium, qui in Originibus suis Romanorum feruit quædam de notis attigisse.

CAPVT XIX.

Quàm varia notarum genera? ac primò, de notis seruilibus seu stigmatibus Threiciis.

CAUSSAM accuratè tractandi hanc materiam præbuit mihi Isidorus libro primo, capitibus XXI. XXII. XXIII. & sequentibus, agens de variis generibus notarum.

Diuido igitur notas in Seruiles, Pecuarias, Iuridicas, Iudiciarias, Suffragatorias, Censorias, Tesserarias, Sortiarias, Grammaticas, Arithmeticas.

Seruiles notæ sunt, quas Cicero Threicias appellat lib. I I. Offic. hoc est, stigmata seu signa quibus seruorum vultus aut manus inurebantur, vt scribit Artemidorus libro primo Onirocrit. Threicias autem vocat; quia, etiam si apud Thra-

ces,

ces, eiusmodi notæ erant insigne nobilitatis, non
 seruitutis, auctore Herodoto lib. v. & Boëtio
 prosâ iv. (quemadmodum & apud Dacos & Sar-
 matas, vt Plinius scribit lib. xx i i. apud Britan-
 nos item, vt testatur Herodianus lib. i i i. qui
 tota corpora pungebant) tamen à Thracibus ad
 pistrinenses, ad ergastulos, & ad fugitiuos véne-
 runt, pro signo infamiæ & probri. Vocantur hæ
 notæ diuersimodè apud diuersos. Apud Sene-
 cam i. De Tranquill. *seruiles literæ*; apud Boë-
 tium libro i. Ciceronem ii. Offic. Aufonium
 epist. xv. Valerium Maximum lib. vi. cap. viii.
 vocantur *nota*. Plinius in Panegyri. vocat *notas &*
puncta. Vocantur *stigmata* à Suetonio in Caligulâ
 cap. xxvii. à Senecâ lib. iv. De Benef. à Quin-
 ctiliano lib. vi i i. cap. iv. à Iustiniano Leg. i i i. De
 fabricens. lib. xi. à Scribonio Largo cap. ccxxxii.
 ab Herodiano lib. v i i. Columella in Hort. ap-
 pellat *signa fororum*, vel, vt ingeniosè Scaliger,
signa fugarum. Similiter hinc serui nominantur
stigmatia à Nonio & Cicerone, item *notis com-*
puncti. *στῆνεις καὶ στυματῖαι* à Polluce lib. i i i.
 cap. viii. de Seruis. *Varij attagenes* ab Aristo-
 phane in auibus, propter maculas, opinor; sicut
Istriani à more gentis illius quæ se punctis inu-
 rebat, inquit Cælius lib. vi i i. cap. xxxi. & *po-*
pulus Samiorum, *Σαμίων ὁ δῆμα*, apud Suidam ex
 Aristophane. quia, inquit Suidas, dicunt Samios
 ab Atheniensibus captos noctuâ, Athenienses ve-
 rò à Samiis famenâ (hoc est, biremis vel numi
 caractere) à Syracusiis autem equi imagine fuis-
 se compunctos: sicut hodieque fures insignibus
 urbium, in quibus plectuntur. Ex quibus apparet,
 tripli-

hos benè noui, literam eam cui vos vsque ed inimici estis, &c. ita vehementer affigent ad caput. Quem locum egregiè explicat Turnebus. Ita D, delatoribus, T, furibus, apud Lucianum, & Polyd. Virgilium lib. xxvi. Histor. Angl. qui scribit ab Henrico VII. esse statutum, vt furibus (qui *Theefe* vocantur) T inureretur in palma sinistra manus sub pollice: homicidis verò (quos appellat *Murdure*) M. quam consuetudinem docet à Gallis esse sumptam. At ego, si primam originem quaerimus, scio eam manasse à Syris, qui stigmata manibus aut ceruicibus, non frontibus inurebant; vt narrat Lucianus in Deâ Syriâ; & hanc manuum inscriptionem, inter pœnas omnes, solam retinuit Constantinus Imperator, vetitâ vultus inustione, sic scribens ad Eumelium: *Si quis, &c. fuerit pro criminum qualitate damnatus, minimè in eius facie scribatur, dum & in manibus & in suris possit pœna damnationis vna scriptione comprehendi; quò facies, quæ ad pulchritudinis celestis similitudinem est figurata, minimè maculetur.* Leg. 11. de pœn. Cod. Theodos. Sed hanc piam sanè Constantini Legem antiquauit Theophilus Iconoclasta, inustis denuò vultibus sanctorum martyrum Theophanis & Theodori, vt refert Cedrenus. Verùm vt illud obiter addam; non seruis modò aut reis, sed etiam militibus aliquando, & sacris etiam hominibus huiusmodi literæ fuère inustæ. De militibus Aëtius lib. viii. capite xi i. *Στίγματα κελῶσι τὰ ἐπὶ τῷ προσώπῳ ἢ ἄλλῃ τινὸς μέρει τῶ σώματι ὅτι γράφομενα, οἷα τῶ σφραγισμένων ἐν ταῖς χερσὶ.* & Vegetius lib. i. cap. viii. *Sed non statim punctis signorum scribendus est tiro.* libro ii. cap. v. *Nam victuris in cute punctis milites scripti.* Quæ puncta Lipsius

Lipſius lib. 1. De milit. cap. vltimo, ait fuiſſe notas nominis Imperatorij, ex testimon. Chryſoſt. ex Cod. De Aquæduct. & Cod. De fabric. quas omnes auctoritates in eam rem antea attulit Turnebus libro xxiv. cap. xii. De ſacris hominibus auctor eſt Prudentius :

*Quid cum ſacrandus accipit ſphragitidas?
Acies minutas inſerunt fornacibus,
His membra pergunt vrere; vt q̄ igniuerint,
Quamcumque partem corporis feruens nota
Stigmatit, hanc ſic conſecratam predicant.*

Porro hoc ſupplicij genus Seneca lib. iiii. De Irâ, cap. i i i. vocat *Inſcriptionem frontis*. Ferrum verò quo fiebat inſcriptio, Palladius & Hippocr. *καυτήρα* appellant, Lucianus & Plutarchus *καυτήριον*. Notam ipſam inuſtam Plato in Timæo, *ἐγκύμα*: vnde *ἐγκύμοι* apud Martialem libro i v. Epigr. xlvii. apud Athenæum lib. iiii. ſub fin. ex poëtâ quodam Aſio, de Cniſolæcho :

Claudus, notis compunctus ac inuſtus,

& lib. vi. ex Diphilo :

Inuſtam punctis frontem capillo obuolat.

apud Valerium Max. lib. vi. cap. v i i i. *Seruus inſcriptibilis notâ per ſummam oris contumeliam inuſtus,* apud Iuuenalem :

Vritur ardenti duo propter lintea ferro.

Denique poſt inuſtionem, atramentum ſubinde cauſticis fulcis infundebatur. ita apud Zonaram ſuprà; monachis illis non ſolum Iambi inuſti, ſed & atramentum in notas infuſum eſt; quemadmodum & fugitiuis illis in Satyr. Petronij. Quæ res fortè originem habet ab uſtoriâ arte, ſeu *καυτήριον*, quâ pictores omnicoloreſ ceram liquefactam

148 DE PRIMA SCRIBENDI ORIG.
factam in strias infundunt, dum pingunt; aucto-
ribus Plinio lib. xxxv. cap. xi. & Varrone li-
bro 111. De re Rusticâ, cap. xvii. & Ouidio
111. Fastorum:

Quiq; moues calum, tabulasq; coloribus vris.
1v. Fastorum:

— & picta coloribus vslis

Celestem matrem concaua puppis habet.

Anacreonte item:

Si fert & ipsa cera,

Vnguenta pinget olentes.

vnde hoc artificium *υνοχηφιαυ* appellat Callixen.
apud Athenæum lib. v. & Turneb. lib. viii. ca-
pite ix. *Cauteria*, inquit, sunt, quibus pictores olim
ceris pingentes, picturam tabularum inurebant. vide
eundem lib. xxiv. cap. xvii. lib. xxix. cap. xiii.
& Isidorum lib. xx. cap. vltimo; qui characterem
coloratum vocat, stylum ipsum vstorium. Mo-
net autem Raderus noster in Martial. lib. iv. Epi-
gram. xxxvi. hoc picturæ genus in nauibus, *nec*
sole, nec sale, nec vento corrumpi.

CAPVT XX.

De notis pecudum.

VT hominibus ad pœnam aut notitiam, ita
etiam pecudibus ad internoscendum eas
inscriptæ notæ.

Signare, ait Festus, significat, etiam pecora signis no-
tare. alibi: *Dignorant*, signa imponunt, vt fieri solet in
pecoribus. vbi sic Scaliger: *Glossarium*, dicor at, *δια-*
γνωσκει; lege dicor at. Ita etiam Næuius apud Pri-
scianum lib. vii.

Signare oportet frontem caldâ forcipe.

Cal-